

Stratos aut ab hostibus abreptos absque ullo Spirituali auxilio relinquere Caritatis huc et hic circumiacentium vulneratorum vocibus: Pater carissime nosne deseres? non potuit resistere. Qui in illum dum flexis genibus oraret turmatim irruerunt barbari, visi sunt multis fustibus captivum suum statim impetere et sic suppicio longe graviori præludere. Nulli enim hodie dubium est, licet nihil certi adhuc ad nos pervenerit, quin hanc caritatis et zeli victimam Barbari pro suo more contumeliis omnibus indigne affecerint. quadro affixum suspenderint et igne eo crudeliori quo lentiori imolaverint suæ in Gallos vindictæ. Testatus fuerat sæpius P. Senat nihil se habere ardentius in votis quam ut se pro dei Gloria et animarum salute aliquando devovaret Rupellæ in portu antequam navim in hanc regionem concenderet, auditus erat in febris æstu et pio quasi delirio has in voces erumpere: Ergo ne hic moriar Deus mi! non dabis in carissimam missionem pervenire et eam sanguine meo irrorare

MATHURIN LE PETIT. S.J.

[Endorsed: "Lettre du P. Mathurin Le Petit au t-R. P. G. nouvelle orleans 29 Juin 1736. Le P. Lepetit était alors sup<sup>r</sup>. de toutes ces missions."]